

Johann Sleker Johannes Upm Dike

Exercitatio Philosophica De Vero

Rostochii: Pedanus, 1613

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729133117>

Druck Freier  Zugang



F. Lexer,
D. U. phil. 1613.



4

D. T. O. M. A.

Exercitatio Philosophica ¹¹⁹

DE VERO

In Inclyta Academia Rostochiensi

P U B. P R O P O S I T A

à

M. JOHANNE SLEKERO

Ph. P. P.

R E S P O N D E N T E

JOHANNE Dymdicke Femar.

Habebitur disputatio 13. Februarij.



R O S T O C H I I

Typis exscripsit Joachimus Pedanus

A N N O M. DC. XIII.

4

DE VERO



THESIS I.



Ulchrè & vere Alexand. natural. quest. 1. 2.
c. 20. εσμεν δὲ ἀνθρώποι μάλιστα καὶ ἀδιαφέ-
εσμεν τῶν ἀληθῶν ἢ τῶν ἀπίστων. Ταῦτα δὲ ἐπι-
σημη καὶ ἀλήθεια.

2. Ergo & veritatis cognoscenda appeti-
tum nobis connatum: (2) & cognitionem ejus
homini esse possibilem (3) difficilem tamen in plerumq; (4) non so-
lum ob intellectus imbecillitatem (5) neq; ex ipsa verum conditio-
ne tantum (6) sed ratione utriusq; (7) modo tamen diversi: hæc
inquam sunt, quæ alibi asserta, etiamnum pro veris habemus.

3. Veritatis considerationem materialiter (ut loquuntur)
acceptam; seu, in actu exercito, omnes sibi disciplina propositam
habent: (2) formalem tamen ejus rationem actumq; signatum,
una sibi vendicat Metaphysica: (3) directivam autem Logica.

4. Ens omne verum esse: (2) & verum hoc in affectioni-
bus Entis numerari. (3) & adequate (falso excluso) cum ente
converti (4) & realiter illi competere, circumscripta mentis
nostræ operatione omni (5) ut tamen neq; reale quicquam illi
superaddat (6) ad. oq; nec realiter ab Ente differat: Ea sunt
quæ vel ex generali affectionum Entis consideratione, vel commu-
ni philosophorū consensu, jure disputandi accipere hic licet & libet.

5. Formali quippe ratione Veri perspecta: quàm ea omni
Enti, & quidem Enti quò Ens competat, planissimum erit.

6. Et hoc est, ad quod investigandum omnem hanc disqui-
sitionis operam convertimus; Quodnam videlicet illud in funda-
mento Entis (hinc enim ista derivanda sunt, & non ex fictione
Intellectus) sit, à quo Ens veri denominationem accipiat? Et
quoniam respiciens Intellectus, Ens illud, (quod & unum & bo-
num est) concipiat ut verum?

7. Id autem ex communi hominum de veritate loquen-
tium, & ex ijs rebus, in quibus veritatis ratio notior est, deducere
licet; v.g. ex signis, significatione, representatione, entificationib; &c.

8. I. Omnia ergo qua veritatis denominationem accipiunt (v. g. vera imago, verus gladius, domus, narratio &c.) etiam tum vera sunt si vel hominum nemo de illa veritate cogitet.

9. II. Dum vero Intellectus negotiatione quadam res illas aggreditur, in omnibus conformitatem quandam deprehendit.

10. III. Ipsum tamen esse veri, quò verum, ne utiquam in illis deprehenditur, nisi relatio instituat^{ur} & commensuratio, ejus quod conforme est, ad id cui est conforme. Tum enim gladius agnosceretur verus, quando idea mentis est conformis: & imago, qua v. g. Casari conformis: & narratio, qua rei, &c.

11. IV. Ergo de ratione Veritatis est conformitas: non rei tamen ad seipsam, vel ad alteram quovis modo sumptam, sed veluti ad mensuram.

12. V. Neq^{ue} commensuratio hac formaliter esse potest, nisi adsit mensurans. VI. Mensurans vero non est, nisi quod cognoscendi facultate pollet: nimirum Intellectus, vel sensus.

13. VII. De Intellectu certa res. Et inde veritas multis definita: quod sit conformitas rei & Intellectus. VIII. In qua non actualis tantum, sed & aptitudinalis conformitas locum habere possit: uti August. innuit s. Solil. c. s. Verum (inquiens) est, quod ita se habet, ut videtur cognitori, si velit & possit cognoscere.

14. Quibus animo adversis planum est, quod vulgo prope modum innotuit, Veritatem fundamentaliter esse in rebus: formaliter in Intellectu. Adeoq^{ue} rem veram esse, etiam si nullus homo cogitet, nempe fundamentaliter. Et Intellectum, intelligere veras res: quia res illas apprehendit, qua in se fundamentum habent veritatis, ita ut adventante intellectu, & illas mensurante, reperiantur sua mensura conformes.

15. Omne enim Ens quatenus ens, aptum natum est cognosci quale est: & cognoscendi potentia conceptu proprio conformari potest, adeoq^{ue} sua natura verum est.

16. Quarenti vero num Veritas etiam in Sensu? Bre- viter quidem, at non uno verbo respondeo: (cum neq^{ue} sit, quod negem.

negem simpliciter; nec quod affirmem) Sensus videlicet, cum super actionem suam per se non reflectantur; neq; objecti & speciei sensibilis congruentiam subducere norint: quantumvis debito modo se habentes, circa objectum suum non errent, adeoq; rem verè apprabendant: primò de veritate cognoscendì non participare: secundariò tantum.

17. In Intellectu ergo veritas est, quam dicimus cognitionis: & Intellectus verus, qui objecto (quod cognitum habet) est conformatus: rem videlicet talem percipiens, qualis in se est: ut ipse Intellectus formaliter in se veritatem habeat, & non (quod multi sentiunt) objective tantum.

18. Cum v. triplex sit Intellectus operatio: & vero certissimum sit, veritatem in compositione & divisione locum habere (de simplici apprehensione mox videbimus) adeoq; veritatem cognitionis positam esse in conformitate iudicij, scientia, notionis &c. & objecti: quaeritur. Quidnam sit illud, quod cognitioni, quæ talis superadditum, faciat, ut cognitio sit & dicatur vera? Num absolutum aliquod vel respectivum? num reale quippiam vel rationis? num ab ipsa cognitione distinctum quid, vel cum ea unum.

19. Hic opera pratum est, accurate notasse, quod tanta exemplorum copia constat, nimirum & enunciationes, & actus cognoscendi, & qua ex parte intellectus dantur reliqua, eadem non raro permanere, ex se, quoad esse absolutum; ut tamen ex veris fiant falsa, nuda ipsius objecti mutatione, ambulante v. g. illo, qui paulo ante sedebat.

20. Hoc autem cum de natura & conditione Relatorum sit; consequitur utiq; etiam id, ex quo cognitio vera denominatur, esse non absolutum, sed respectivum.

21. Ecquid ergo in relatione reali, qua actui superveniat, conformato iam ipsi objecto? Ne hoc quidem: ut plene Suarez disp. 8 s. 2. ostendit: nos breviter hoc modo. Relatio realis consurgit demum, posito fundamento & termino. Sed actus cognoscendi verus, esse intelligitur, non relatione hanc positionem fun-

damenti & termini insequentis sed eo ipso, quod talis sit actus,
& tale objectum; ita quidem ut actus ille verus sit, etiam cum
præcisione omnis relationis: quæ ex illis positis resultare queat.

22. Ergo relatio hæc realis non est: Rationis si dicas, in-
stabilis Suarez: Actus cognoscendi verus est, etiam ante hæc
relationem: Ergo per eam verus non efficitur. Illa enim actus
non est, nisi dum intellectus comparat unum ad aliud. Et tamen
actus ille verus, absq; comparatione hæc. E.

23. Quid ergo tandem? Resp. cum cognitio illa sit vera,
quia objecto conformis: & mutato objecto, ipsa etiam (quoad ve-
ritatis denominationem) mutetur: & tamen circumscripta rela-
tione tum reali, tum rationis, actus ille verus sit, uti ostensum:
Reliquum est quod omnis illa veritatis denominatio præcise con-
surgat, ex connexione talis actus, & objecti ita sese habentis, sicut
representatur: ut præter hæc objecti concomitantiam ipsi actui
intrinsicè nihil super addatur. vide Suar. d. 1.

24. Atqui vero quod Durandus veritatem hæc, in prima
etiam mentis operatione locum habere negat: in eo quidem ipse
falsus est, cum nec Rei, nec (quamvis ita videri possit) Aristotelis
nec Thomæ (ut hujus verba explicant Cajet. 1. p. 9. 6. a. 2.
Ferrar. &c.) consentanea dicat.

25. Aristoteles sane præclare 2. Metaph. 2. 8. Ut unum-
quodq; ens, sic & veritatis particeps. Ibidemq; Alex. Ut enti-
tatem res quæq; habet, ac ejus est particeps: sic obtinet &
veritatem.

26. At Entia sunt quod sunt, ante omnem affirmationem
vel negationem nostram. Ergo & vera. Vi intelligas, conceptum
rei simplicem, quamvis rationis opera confectum, ens tamen reale
esse adeoq; ex se verum; transcendentali inquam veritate: quam
in apprehensione sensitiva non est ut quis negare audeat.

27. Et quia hæc res (conceptus simplex) in mentes & co-
gnitio quadam est; & illum cui inest cognoscentem facit ac
denominat: & conformis est objecto suo: causa nulla est cur veri-
tas etiam hæc cognitionis haberi & dici non debeat. U

28. Ut autem magis propriè verum dicitur, quod actua-
liter cognitum est; & cuius conformitas iudicio mentis approbata
est: Ita omnino concedendum est, peculiari quadam ratione
Veritatem in secunda & tertia mentis operatione elucescere; &
mentem singulariter afficere; ut veritatis denominationem prope
sibi vendicent solis, praesertim cum falsum etiam sibi oppositum
habeant, à quo prima est simplex rerum apprehensio est immans.

29. Cum enim difformitatis (qua falsitatem parit) alia
sit, quam conformitatis ratio, quod nimirum hac directè &
positivè, in objectum tendat; illa, non per modum positiva repu-
gnantia, sed simplicis etiam negationis concipiatur: hinc fit, ut
Intellectus ante compositionis vel divisionis ac ratiocinationis
actum, si modo concipiat rem qualis est, adeoq; rei conformetur,
ut inquam verus dici possit: non autem fallus; nisi interposito
iudicio ea rebus attribuire vel negare incipiat; qua aut discon-
veniunt, aut conveniunt: id quod in secunda demum tertiae
mentis operatione contingit.

30. Quod autem veritati huic opponitur, Ignorantia est,
seu carentia ejus conceptus, qui rem vere representet: idq; sine
erroris falsitatisq; crimine, perinde, ut in tenebris nemo prave
sed nihil videre dicitur.

31. Neq; hic quenquam movere debet, quod veritatem
falsitatemq; non compositione tantum, sed etiam divisione metia-
mur. Eadem enim indivisione negatio neq; est congruentia vel
difformitatis natura, qua in affirmatione: non quidem ratione
extremorum, sed conceptus & objecti. Tam enim verum est, ho-
minem non esse lapidem, quam, quod homo sit animal: licet in
hoc termini (homo, animal) cohareant; in illa minus.

32. Nunquid autem Veritas sit conformitas rei ad Intel-
lectum: an Intellectus ad rem; an utrumq;? Controversum est:
In quare certissimum illud, quod & moderatissimum est, communi hominum
conceptui, experimentis; & fundamento huic superstructum: Unumquodq;
inde habet esse verum, unde habet esse.

33. Ea ergo quarum exemplar ac mensuram ipse Intellectus noster con-
stituit

fituit ac in mente pingit, ad quam velut amussim rei fabrica exigatur; vera atq; habenda sunt, per congruentiam ad ipsum Intellectum.

34. Secus in ijs, quæ ad intellectum collata, mensuræ rationem habent, Intellectus vero mensurati.

35. Nimirum in artificiatu, quâ artificiatâ Veritas est conformitas rei cum Intellectu, qui formam illam ac normam præscripsit. Veritas Intellectus, est conformitas Intellectus cognoscentis cum rebus quas ita cognoscit, quales sunt. Veritas rerum cognitarum, quatenus cognitæ sunt, est conformitas rerum in Intellectu cognoscente & mensurante illas res, propria illarum mensura, quam in seipsis quoq; modo continent.

36. Veritas rerum quatenus res, est conformitas earum cum quolibet Intellectu, habente proprium exemplar illius rei; præcipue autem cum Intellectu divino; utpote à quo in esse suo dependent res create, & idæis in mente Dei conformes sint. Veritas ipsius Dei, est prima illa, summa, simplicissima & essentialis conformitas inter essentiam Dei & Intellectum ejusdem.

37. Constat ergo generalis illa Veri ratio: quam ad species quasi speciatim deducere, si quis hæcenus dicta teneat, & brevitatem nobiscum sequi non dedignetur, supervacaneum arbitrabitur.

38. Quæ vero hic sese difficultates offerunt, maxima parte evalescent, si quis Verum Transcendentale (cujus hic prima ratio est) distinguat ab eo quod in Intellectu: & hæc viri docti monita attendat: Non nunquam videlicet ab Intellectu aliunde apprehendi aliquid unum, tanquam verum, quod instituitur pro mensura cujuslibet alterius, speciei ejusdem; Et tum omnia hæc vera esse judicamus, quatenus collatione cum isthoc primo instituta, ei reperiuntur esse conformia.

39. Et hinc est, quod in veritate rerum æstimanda (v.g. num aurum hoc, verum sit aurum) non semper ad primum veritatis fontem recurramus, sed ad conceptus illos, tum simplices tum compositos, essentielles vel accidentales, & omnino ad id quod nobis notissimum, alia insinuare potis est: quamvis in exacta veritatis hujus trutina ad Idæas in mente Dei philosophus sibi eundem intelligat; non secus atq; in Entitate reali creaturæ perpendenda, ad ipsam à primo Ente dependentiam.

40. Ea res latius deducenda erit, cum ad Pici Mirand. & Faventini concertationes (ut deliberatum est) venerimus. Ex dictis quæstiones hæc tritas Num rerum veritas ex Intellectu dicentis, si ille bonus vel malus, philosophus vel theologus sit &c. aliter atq; aliter sese habeat? quod negamus. Num quod in una scientia verum in alterâ falsum? Negamus. Verum quippe simplex & quid unum: nec verum vero contrarium.



28. Ut autem magis propriè verum dici
liter cognitum est & cujus conformitas iudicio
est: Ita omnino concedendum est, peculiari q
Veritatem in secunda & tertia mentis operatione
mentem singulariter afficere; ut veritatis denom
sibi vendicent solis, præsertim cum falsum etiã
habeant, à quo prima ex simplex reru apprehensio

29. Cum enim difformitatis (qua falsi
sit, quam conformitatis ratio, quod nimirum
positivè, in objectum tendat; illa, non per modum
gnantia, sed simplicis etiã negationis concipiat
Intellectus ante compositionis vel divisionis a
actum, si modo concipiat rem qualis est, adeoq;
ut inquam verus dici possit: non autem falsus
iudicio ea rebus attribuere vel negare incipiat;
veniant, aut conveniunt: id quod in secunda o
mentis operatione contingit.

30. Quod autem veritati huic oppositum
seu carentia ejus conceptus, qui rem vere repr
erroris falsitatisq; crimine, perinde, ut in tenet
sed nihil videre dicitur.

31. Neq; hic quenquam movere debet,
falsitatemq; non compositione tantum, sed etiã
mur. Eadem enim in divisione negatio neq; es
difformitatis natura, qua in affirmatione: non
extremorum, sed conceptus & objecti. Tam eni
minem non esse lapidem, quam, quod homo sit;
hac termini (homo, animal) cohæreant; in illa

32. Nunquid autem Veritas sit conform
lectum; an Intellectus ad rem; an utrumq;? C
In quare certissimum illud, quod & moderatissimum est
conceptui, experimentis; & fundamento huic superstru
inde habet esse verum, unde habet esse.

33. Es ergo quarum exemplar ac mensuram ipse



the scale towards document